claſſem incēderent q̄ erat in portu dictæo. Athenienſes ubi turpe themiſtoclis eē cōſiliū ſucclamarūt oēs nō eē ad-mittēdū. tātū iuſticiæ & honeſtatis monumētū fuit apud populū illū ut q̄q̄ utiliſſimū uidereť tamē q̄a inhone-ſtū reſpuereť: neq̄; n. dubiū erat quin lacedæmoniis claſſe priuatis totius græciæ imperium athenienſes facile oc-cupaſſent Cice. officiorum libro tertio Themiſtocles inq̄t poſt uictoria eius belli quod cū pſis fuit dixit in cōciōe ſe hēre cōſiliū reipu. ſalutare ſed id ſciri nō opus eē poſtulauit ut aliquē populus daret cui cū cōmunicaret Datus eſt ariſtides huic ille claſſē lacedæmoniorū quæ ſubducta eſſet ad dyctæū clā icēdi poſſe quo facto frangi lacedæ-moniorū opes neceſſe eēt q̄d ariſtides cū audi-uiſſet in cōcionē magna expectatiōe uenit di-xitq̄; p̄utile eē cōſiliū q̄d themiſtocles afferret ſed minime honeſtū: itaq̄; atheniēſes q̄d hone-ſtū nō eēt: id ne utile q̄dē putarūt totamq̄; eā rē quā ne audierāt q̄dē auctore ariſtide repu-diarūt. ☞ Alterius. ſ. themiſtoclis q̄ utile cōſiliū inuenit. ☞ Alterius ariſtidis: q̄ faciēdū eē nega-uit. ☞ Mai⁹: quātū ad utilitatē. ☞ Potētius: quā-tū ad imperiū. ☞ Deducere: proprie ē in ma-re ducere. ☞ Subducere: in portum trahere. Themiſtocles icēdere lacedæmoniorū claſſem cogitauit

ſes i claſſē coegiſſet: Xerſeq̄; rege & copiis eius græcia pulſis ruinas patriæ in priſtinū habitū reformaret: & opes clādeſtinis molitiōibus ad principatū græciæ ca-peſcēdū nutriret: i cōtiōe dixit hre ſe rē deliberatione ſua p̄uiſā: quā ſi fortūa ad effectū p̄duci paſſa eēt: ni-hil maius aut potētius Atheniēſi populo futurū: ſed eā uulgari nō optere. poſtulauitq̄; ut aliq̄s ſibi cui illā ta-cite exponeret dareť. datus ē Ariſtides. Is poſtq̄ reco-gnouit claſſē illā lacedæmoniorū q̄ tota apud gytheū ſubducta erat uelle icēdere ut ea cōſumpta dominatio maris ipſis cederet: p̄ceſſit ad ciues & retulit Themi-ſtoclē ut utile cōſiliū ita minime iuſtū aīo uoluere e ue ſtigio uniuerſa cōcio q̄d æquū nō uidereť nec expedi-re q̄dē p̄clamauit. ac p̄tinus Themiſtoclē icepto iuſ-ſit deſiſtere.

☞ Gythæum. Gythæum maritimum opp. naualeq̄; lacedæmoniorū. de quo Lycophron. Cicero: Pauſan. & Stephanus. THE.

De Zaleuco locrenſi.

Nihil illis ēt iuſticiæ exēplis. fortius Zaleucus urbe locrenſiū a ſe ſaluberrimis atq̄; utiliſſi-mis legib⁹ mūita cū filius eius adulterii cri-mie dānatus: ſecūdū ius ab ip̄o cōſtitutū utroq̄; oculo carere deberet: ac tota ciuitas i honorē p̄ris neceſſitatē pœnæ adoleſcētulo remitteret: aliquādiu repugnauit. ad ultimū p̄cibus populi euictus ſuo primū: deide fi-lii oculo eruto uſū utriq̄; uidēdi reliq̄t. Ita debitū ſup-plicii mo͂dū legi reddidit: æquitatis admirabili tēpera mento ſe inter miſericordē patrē: & iuſtum legis lato-rem partitus.

Nihil illis etiā: Zaleucus locrenſium princeps fuit: & legū lator ſicut ſo-lon atheniēſiū licurgus lacedæ. hic igitur leges compoſuit q̄bus locrē-ſes remp. amplā diuturnā habuere: ſed iter cæ-teras & illā tulit cōtra adulteros: ut qui in adul terio deprehenſus eēt. is utroq̄; priuaretur ocu lo. ſorte accidit ut eius filius i hoc crimine de-prehendereť: nā cū quadā matrefamilias adul-teriū cōmiſerat: & cū ciuitas filiū liberare uelet honoris gr̄ia. p̄r nūq̄ adduci potuit ut filio pœ nā remitteret tādē iſtātib⁹ ciuib⁹ ut abſoluere tur q̄doq̄dē inq̄t ita uultis: faciā ut altero mihi altero illi eruto oculo lex ipleať: q̄; ēt factū ē. q̄ profecto magna iuſticia fuit. ☞ Eruto: euulſo. ☞ Inter miſericordē. ne oīno crudelis eēt i filiū. OLI. Zaleucus filio nō pepcit

☞ Zaleucus. is locrenſis ex Thurio fuit (ut eſt apud Suidam) pythagoricæ familiæ Philoſo-phus & legū lator: q̄ p̄ patria pugnans interiit initio ſeruus ac paſtor ubi liberaliter iſtitutus eſt ciuibus ſuis leges dedit. i q̄bus & hoc ſanxit. ut in publicum muliebre. egredi liceret. inge-nuæ quidem cum una ancilla in alba ueſte: cæ-teris autem in florida ac uerſicolori. THE.

De Charonda Thurio.

Sed aliq̄to Charōdæ Thurii p̄fractior & ab-ſciſior iuſticia ad ui & cruorē uſq̄; ſeditioſas cōciōes ciuiū pacauerat: lege cauēdo ut ſi q̄s eas cū ferro itraſſet cōtinuo iterficereť. iteriecto deide t̄pe ex lōgiquo rure gladio accictus domū repetēs ſu-bito idicta cōciōe ſicut erat i eā p̄ceſſit ab eo q̄ p̄xime cōſtiterat ſolutæ a ſe legis ſuæ monitus: idē ego illā in-q̄t ſanciā: ac p̄tinus ferro q̄d hēbat diſtricto incubuit: cūq̄; liceret culpā uel diſſimulare: uel errore defēdere: pœnā tñ rep̄ſentare maluit ne q̄ fraus iuſticiæ fieret.

Sed aliquāto. hic charōdas ciuitatē tyrū cuius p̄riceps erat cū aſſiduis ſeditiōibus laborare uideret ut ſæ-piſſime i foro certareť uſq̄; ad ſan-guinē: legē tulit ne q̄s cū ferro i cōcionē p̄diret q̄; ſi q̄s feciſſet capitis pœna dānareť forte acci-dit ut hic i agros p̄ficiſcēs cīctus gladio eēt: & cū īde domū r̄diret ſubito i dicta cōciōe cū fer ro deſcēderet i cōcionē nō ſtudioſe ſed oblitus ſe cū telo eē. cū igiť a p̄ximo eēt admonitus ſe-ipſū iterfecit ne q̄d cōtra legē p̄ ſe factū eē uide-retur: ſed ex oī p̄te iuſticia ſeruareť. ☞ Præfra-ctior: aſp̄ior. ☞ Abſciſor ſeuerior: uel breuior Ἀπότομα dicunt græci abſciſum diciť q̄d repente fit ſine ullo re-ſpectu. ☞ Conciones. Quia ſpe concionibus irrita plæbs uſq̄; ad ſanguinem certabat. OLI.

☞ Charōde tyrii. Ariſtoteles politicorū ſecūdo. Legū latores iq̄t extiterūt Zaleucus locris epizephiriis & Charō-das Catanēſis eius ciuibus aliiſq̄; chalcidici generis urbibus circa Italiā Siciliāq̄;. Stephāus ēt q̄ gētibus apud græ-cos ſcripſit Ex catana fuit Charōdas īquit unus ex iis q̄ reges Athenis cōdiderūt: ut mirū ſit unde Valerius eū uo-cet Thuriū: niſi memoriola lapſū dicam⁹: ut q̄ Zaleuci p̄ria fuit eā Charōdæ tribuerit. aut Thurius uerbū libra- THE.

rius ex ſupiore capite trāſpoſuit huc icōmode. Nā Valerius ita ſcriptū reliquere potuit. Zaleucus Thurius urbe locrēſiū. Suidas.n. de Zaleuco Locrēſis iqt ex Thurio fuit. aut certe de Charōdæ pātria nō cōuenit īter auctores. & aliquis Thariū fuiſſe ſcripſit. id quod alicubi Parrhaſius legiſſe nō meminit. Hermippus de legum latoribus libro ſeptimo refert apud Athenas Charondæ leges ad menſem cani olitas.

OLI Vius imagīe: trāſiturus ad capitulū ſequēs Vale. ne hoc abrupte facere uideaṫ q̄ſi p̄faṫ. dicit.n. iuſticiā fidei dextrā porrige: ut ſibi ſuccurrat & recte. nā ut iqt Tulius fides ē totius iuſticiæ fundamētū. ⁊ Humanæ ſalutis. Quia ſine fide hūana generis ſocietas ſtare nō poſſet.

OLI. Vm Pto. De fide publi. po. ro. loqṫ erga Ptolemæū regem egypti: nā egypti reges oēs Ptol. ſūt appellati. Ptole. moriēs filiū in tutela Po. ro. reliqt ꝙ poſtq̄ ad eorū aures puēit ne fides aliq̄ ex pte deeſſet ſena. miſit Alexādriā Qu. æmiliū lepidū pricipē ciuitatis & eūdē optimū uirū q tūc pōtifex maxius q bis antea cōſul q priceps ſenatus qnqes fuerat: q tutor po. eēt & maluit ſenatus ut reſpu. tāto uiro careret q̄q̄ eo plurimū idigeret q̄ pu. fides deeſſet tm̄ ualuit apud Po. ſanctiſſima fides: ut maluerit hoiem i quo aīo ſāctitatis exēpla cōſpici poſſet alienā q̄ ſuæ reipu. curā adminiſtrationēq; ſuſcipere. Iuſti. q de hac tutela mētionē li. xxx. facit nō a rege tutorē relictū po. fuiſſe dicit: ſed poſt Regis mortē ab Alexādrinis Romā miſſos fuiſſe. ⁊ Legatos: q orarēt Po. Ro. ut tutelā pupilli ſuſciperet regnūq; tuerenṫ egypti. q iā phi. & antio. facta iter ſe pactiōe diuiſiſſe dicebāt: gratā legationē fuiſſe Ro. cām belli q̄rētibus aduerſus phi. q iſidiatus tēporibus pūici belli fuerat: miſſos igiṫ fuiſſe legatos dicit q nūciarēt ātiocho atq; phi. ut a regno egypti abſtinerent miſſū & Marcū æmi. le. i ægyptū q tutorio noie regnū pupilli adminiſtraret q ꝓfectus bello deide ꝙ aduerſus antio. duce Scip. geſtū ē magnū ad uictoriā momētū dediſſe ferṫ. ⁊ Cōparatā. q a reipu. utilitatibus iſeruiebat. ⁊ Et ſac. quia pō. ma. ſacra publica faciebat. ⁊ Cuius be. nō minorē ſplendorem & gloriam ab hac tutela Ptole. accepit quam a genere paterno.

Roma norū des i Ptol.

OLI Peciosa quoq;: cū prio pūico bello Cor. Sci. Aſina p̄fect⁹ claſſis i ſicilia foret ad colloquiū a carthagi. uocatus ē q data fide cōfidenṫ ꝓceſſit. illi uero ſimulato collogo milites paratos hūere q dep̄hēſū. Sci. i catēis ducerē poſt aliqd̄ tp̄s eodē bello cū: anguſtias deductus eēt hāilcar pēorū dux & cū Romāis pacē deſideraret nō audebat ſe cōſulū fidei cōmittere: nā ueritus ne q̄ ſcipionē arte decepat eadē & ipe capereṫ. Sed hāno alter eoꝝ dux meliori de fide Romana opiniōe ductus ꝓceſſit audacius & cū cōſulib⁹ de pace agere cepit. tūc unus ex tribūis militū dixit nō aliā illi fidē eē ſeruādā q̄ illi Cor. ſeruauerāt cui cōſules i dicto ſilētio hāonē ſecuꝝ eē iuſſeret. mira ꝓfecto fides & oī laude p̄dicāda. Abbreuiator Li. de hoc Scip. ſic breuiter tradit. Cn. cor. cōſul a claſſe pūica circūuētus & p fraudē ueluti i colloqū euocatus captus ē. Cor. aſi. hic ē q claſſe pūica merſa clariſſimū ide triūphū egit. Cornelio aſ. q̄re dictus ſit Cor. Aſina. Macro. ſaturna. lib. i. facile declarat. dicit. n. Aſinæ cognomētū cornelíis datū ē q priceps corneliæ gētis empto fundo ſeu filia data marito cū ſpōſores ab eo ſolēiter poſcerenṫ Aſinā cū pecūiæ onere ꝓduxit i forū q̄ſi ꝓ ſpōſoribus p̄ſens pignus. ⁊ Fractis: uictis. ⁊ Claros illo: ac ſi diceret uictoria quidē Ro. imperatores claros reddiderat: fides uero multo clariores.

Scipio fraude captus

THE. ⁊ Vincere Ianus parrhaſius arbitrabaṫ a Valerio ſcritum uincire. Nam noluiſſe uincere Romanos: abſurdum foret intelligere. legas igitur uincere: ideſt Catenas iniicere.

## De Fide publica. Cap. VI.

Vius imaginē ante oculos poſita uenerabile fidei numē: dexterā ſuā certiſſimū ſalutis hūanæ pignus oſtētat: quā ſp in noſtra ciuitate uiguiſſe & omnes gētes ſenſerūt: & nos paucis exēplis recognoſcāus.

De. S. P. Q. R. & M. æmilio Lepi.

Vm Ptolemæus res tutorē. P. R. filio reliqſſet: ſenatus. M. Aemiliū Lepidū pōtificē maximū bis cōſulē ad pueri tutelā gerēdā Alexādriā miſit: ampliſſimiq; & itegerrimi uiri ſanctitatē reip. uſibus & ſacris operatā: externæ ꝓcuratiōi uacare uoluit ne fides ciuitatis noſtræ fruſtra petita exiſtimareṫ: cui⁹ beneficio regia icunabula cōſeruata pariter ac decorata incertū Ptolemæū reddiderūt: patris ne fortūa magis an tutoris maieſtate gloriari deberet.

De Vrbe Roma.

Peciosa illa quoq; Romana fides. igēti pœnorū claſſe circa Siciliā deducta duces eius fractis aīs cōſilia petēdæ pacis agitabāt: quorū dux Hamilcar ire ſe ad conſules negabat audere ne eodē mō cathenæ ſibi iniicerenṫ. quo ab ipſis Cornelio aſinæ cōſuli fuerāt iniecte. Hanno aūt certior Romani aī æſtimator nihil tale timēdū ratus. maxīa cū fiducia ad colloquiū eorū tetēdit. apud quos cū de fine belli ageret: & tribunus militū ei dixiſſet poſſe illi merito euenire qd' Cornelio accidiſſe: uterq; conſ. tribuno tacere iuſſo: iſto te inqt metu Hāno fides ciuitatis noſtræ liberat. claros illos fecerat tantum hoſtium ducem uicere potuiſſe: ſed multo clariores fecit noluiſſe.

De eodem Senatu.

Duerſus eoſdē hoſtes parē fidē in iure legatiōis tuēdo. P. C. exhibuere. M. n. æmilio Lepido. L. Flaminio Coſſ. L. Minutiū. L. Mani-

ADuerſus eoſdē hoſtes parem. M. æmilio le. legati cartha. Romā uenerāt pacē a ſenatu populoqꝫ petētes forte ita accidit: ut altercatio orta eēt inter legatos & L. Minutiū ac C. Maniliū & eo uſqꝫ ꝓceſſit eorū cōtētio ut Minutius & Maniliꝰ legatos pulſarēt. nā illi pacē petebāt hi dādā eē negabāt: qppe fœdifragis qđ ubi cognouit ſenatus eos legatis dādos eē cēſuit dariqꝫ fecit. ¶ Iure legatiōis. ut legati tuti ſint & inuiolati ſecūdū ius gentiū. ¶ Manus his attulerāt: pulſauerāt. ¶ Nō eos. quaſi dicat ſenatus nō reſpexit quid mererentur carthaginenſes: qui totiens fœdera frangerent: ſed ius gentium eſſe ſeruandum fidemqꝫ publicam. OLI. Carthagi. legati pulſati

lium carthaginenſiū legatis q̄a manus his ītulerāt per feciales dedendos curauerunt: ſed tunc ſenatus nō eos eſſe carthaginenſes quibus hoc præſtabatur aſpexit.

De Superiore Aphricano.

CVius exēplum Superior Africanus ſecutus cū multis & illuſtribus honuſtā carthaginēſiū uiris nauē ī ſuā poteſtatem redegiſſet inuiolatā dimiſit: q̄a ſe legatos ad eū miſſos dicebāt: tā& ſi manifeſtū erat illos uitādi ꝑſentis: ꝑiculi gratia: falſum nomē legationis amplecti: ut Romani īperatoris potius decepta fides: q̄ fruſtra implorata iudicaretur.

De Senatu Romano.

REpræſentemus etiā illud Senatus nullo modo prætermittendum opus legatos ab urbe Appollonia Romā miſſos. Q. Fabius Cn. Appius ædiles orta contētione pulſauerunt: quod ubi comperit: continuo eos perſeciales legatis dedit: quæſtoremqꝫ cum his Brunduſium ire iuſſit: ne quam in itinere a cognatis deditorum iniuriam acciperent: illā curiam mortalium quis conciliū an non templum fidei dixerit? quam ut ciuitas noſtra ſemper benignam præſtitit: ita etiam in ſociorum quoqꝫ animis conſtantem recognouit.

Externa.

POſt duorum in hiſpania Scipionum: totidemqꝫ Romani ſanguinis exercituū miſerabilem ſtragem ſaguntini uictricibus Hannibalis armis intra mœnia urbis ſuæ compulſi: cū uim punicam ulterius nequirent arcere colatis in forum quæ unicuiqꝫ erant cariſſima: atqꝫ undiqꝫ circundatis accenſiſqꝫ ignis nutrimentis ne a ſocietate noſtra deſiſterēt: publico & communi rogo ſemetipſos ſuperiecerunt. Crediderim tunc ipſam fidem humana negocia ſpeculantem mœſtum geſſiſſe uultum: perſeuerantiſſimum ſui cultū iniquæ fortunæ iudicio: tam acerbo exitu damnatum cernentem.

CVius exēplū: hoc fuit ſecūdo bello pūico cū ſuperior affricanus fatalis dux utraqꝫ ſubegiſſet hiſpaniā cœpit carthaginēſiū nauē clariſſimorū hominū plenā illi ne ī captiuitatē uenirēt legatos publice miſſos ad īperatorē Romanū ſe eē ſimularūt q̄ fidē illis affricanus ꝑſtitit ut oēs īcolumes & īuiolati rdirēt ad ſuos: maluit īpator ro. ſuā fidē fraude petitā q̄ fruſtra īploratā. OLI.

REpræſentemus: hoc exēplū par eſt ſupiori: nā hi Romani duo qꝫ legatos Appolloniatū orta īter eos rixa pulſaſſent dediti ſūt eis & miſſus ē q̄ſtor cū auxilio ne cognati uī aliquā inferrent. ¶ Repræſentemus: in medium proferamus. ¶ Apolonia: facit ſuū gētile hic & hæc Apoloniatis: unde aduerbiator cū legatos Apoloniatū dixit ad ſenatū miſſos: qdā Iuuenes pulſaſſent dediti Apoloniatibus ſūt ſed qdā dicūt qꝫ latīe facit Apollonitanus na. nū. ¶ A cognatis: ſi forte cognati eorū uoluiſſēt e manibus legatorū eripe. ¶ Illā cu. ſiqs curiā diligētius cōſideret ñ potiꝰ fidei tēplū dicet q̄ mortaliū refugiū. OLI. Apollonia Apolloniatis

POſt duoꝝ: Nunc ad externa tranſit exēpla & prīo de ſagūtinis q in fide Ro. ꝑtinaciter cōſtiterūt. Saguntū oppidū ē opulētiſſimū ī hiſpaniæ finibus poſitū circa flumē hiberū: qđ fuit quōdā terminus īperii po. ro. & carthaginēſiū. cāqꝫ ſecūdi pūici belli: nā cū Hannibal oppidū illud circūſediſſet Saguntini Romā legatos auxilia petētes miſerunt q cū tardius mitterent nec ſe diutius defēdere poſſēt: ad eā ꝑtinaciā uenerūt ut ī foro cōſtructo ingēti rogo īpoſitiſqꝫ rebus ſuis oībus flāmas ſubiicerēt. deīde ſeipſos ī rogū cōiicerēt ne a fide deficerēt. ¶ Duoꝝ ſc. uidelicet Gn. & P. Scipionum quoꝝ alter. S. P. Scipio eius ſcipiōis pr̄ fuit: q deīde aphricanus dictꝰ li. ē: hi duo ut ſupra diximus hiſpaniā ī ꝑtātē po. ro. diu tēuerāt: ſed tādē ꝑ magonē quēdā celtiberi quoꝝ pars maior erat ī exercitu ro. illecebris & pecūia corrupti defecerūt a Romanis. Romani uero exercitus externis auxiliis deſtituiſſe ī tutiora loca receperunt: & clitellis atqꝫ īpedimētis uallo facto a pœnis qbus erāt lōge uiribus inferiores diu obſeſſi tādē capti cæſiqꝫ ſūt. L. uero Marci. tribunus militū collectis reliqis exercitus & nocte ſequēti uocatis ad cōcionē militibus hortatus ē: ut īprouiſo īuaderēt hoſtes nihil tale ꝑꝑ uictoriā metuētes & īter cōcionādū ſubita flāma ex eius capitis apice emicuit quo ſigno motos milites ea nocte duxit ad hoſtiū caſtra qbus ex īprouiſo captis cæſiſqꝫ hoſtibꝰ maiorē ītulit cladē q̄ acceperāt. Sed ī hac hiſtoria Vale. diſſentit a Li. nō. n. poſt cæſos ī hiſpania ſcipiōes hānibal ſagūtū expugnauit. Sed anteq̄ bellū cū Romanis ſuſcipet. ut Li. tradit. & Ci. in Philippicis li. xi. Et hoc belli principiū & cām fuiſſe dicit: q̄a cū iā aīo agitaret Hānibal īuadere nullā aliā uiolādi fœderis honeſtiorē rōnē īuenit q̄ ſi ſagūtinos Romanis ſocietate cōiūctos adoriret. ¶ Vi pūicā. Cū ī pūica coerciti eēnt nec iā cōmeatꝰ uenire poſſet. ¶ Cōi. Quia ipſis & bōis ſuis cōmunis fuit. ¶ Crediderim: Quaſi ꝑ deplorationē hoc dicit Vale. non dubitauerim fidem tunc humana facta conſi- OLI. Saguntinoꝝ fides erga po. ro.

derationem Saguntinorum caſum fuiſſe miſeratam tam conſtantes ſui numinis cultores iniquo iudicio fortu/
na ad necem adeo crudelem impulerit.¶ Mœſtum:cum uideret res hominum adeo fidelium male uerſati.

OLI IDem præſtādo:hoc ſimile eſt ſuperiori quā enim fidē Saguntini Romanis præſtiterunt. eandem ſer/
Petili/ uauerūt & petilini & dux carthaginenſiū utriuſqꝫ cauſa fuit petilini primo quidem cum obſiderētur
norū ab Hānibale auxilium petierunt a Romanis pop.ro.qꝫ paulo ante canēſem cladem accepiſſent præſta
fides re nō poſſe reſpōderunt.ſed illis pmiſerunt ut facerent ꝙ ſibi maxime cōduceret:illi a Romano præ/
in ro. ſidio deſtituti omnē ibellē turbā & inutilem
ciuitate eiecerunt quo difficilior eſſet per famē
obſeſſio quod illis conſiliū parū uel nihil pro/
fuit omneqꝫ enim uis alia magiſq̄ fames illos
expugnauit:abſumptis.n.frugū alimentis car/
niſqꝫ omnis generis q̄drupedū: poſtremo co/
riis herbis & radicibus corticibuſqꝫ teneris &
his quoqꝫ ſtrictim ueſcebant̄.maluerunt ergo
fame cōſumi q̄ a Romana fide deficere.Hanni
bal igitur nō petiliā ſed fidū petiliæ ſepulchrū
expugnauit.¶ Petilia.urbs calabriæ de qua me
minit Virg. parua Philoctetæ ſubnixa petilia
muto in qua Philoctetes mœlibeus regnauit
teſte Seruio.at Strabo.li.vi.dicit eſſe lucanorū
metropolim.¶ Egeſta.euacuata urbe.¶ Trahe
rent: producerent:dilatarent.

OLI. ATqꝫ ut uxoriā quoqꝫ.Nūc trāſit ad
ca.vii.i quo tractat exēpla fidei quā
uxores pſtitere maritis.Et prio de
Tertia Tertia æmilia:cuius tātā fidē fuiſſe
Scipio dicit:ut eius uir Scipio ſuperior ancillæ ſuæ ca
nis ptus eſſet amore cū licētia illa frui pmiſerit ac
uxor poſt mortē Sci.ne id metu feciſſe exiſtimaret̄
pellicē manumiſſam illā liberto ſuo in matrimoniū
patiēs cū magna dote dedit.¶ Mater Corneliæ:eā no
bilem facit ut rem magis exageret q̄uis uxor
eſſet affricani & auia tantorum uiroꝝ. tamen
hoc fecit.ſunt q dicant hanc Pauli æmilii qui
perſen regem ſuperauit fuiſſe filiam & Aphri
cani inferioris ſororem ex qua nata fuit Sem/
pronia.Gracchorum igitur quæ & Cornelia
dicta eſt.Plutar.tamē dicit Paulum æmilium
duas tātū habuiſſe filias.& alterā Tuberōi elio:
alteram catoni portii catonis filio i matrimo/
niū dediſſe.¶ Diſſimulauit:finxit ſe nō cogno/
ſcere.¶ Impatiētiā:Quod amoris impatiēs eēt.
¶ Tantæ comitatis:ſuauitatis.Comitas uirtus
eſt inter duo extrema:iter ſeueritatē & remiſ/
ſionem.¶ Domitorē.Qui duas hiſpanias Sar/
diniam Siciliam & Affricam ſubegerat.¶ Ma
numiſſam:in libertatem aſſertam.

OLI QVintum Lucretium: Nec tutia q/
dē ptermittēda eſt:q̄ Qu. Lucretiū
maritū ſuū a triumuiris proſcriptū
& inter ipſos pœnates latētē nō du/
bitauit cū ſuæ ſalutis diſcrimine tutū & inco/
lumen ſeruare:lex.n.erat quicūqꝫ pſcriptū oc/
cultaret eadem pœna damnaret̄ a triumuiris
ſcilicet Augusto Antonio & Lepido.magno pe
riculo.Quia ut dixi pœna capitis afficiebatur
Pro/ qui proſcriptum texiſſet: aut non indicaſſet.¶ Camera:cubile arcuatum.¶ Proſcripti:dicebantur quorū nomi/
ſcripti na in publico proſcribebantur & quicunqꝫ ea uidiſſet ius faſqꝫ eorum occidendorum habebat.
OLI. SVlpicia.Lentulum Truſcelionem uirum ſuum proſcriptū a trimuiris Antonio Lepido & Octauia/
no:ubi in ſicilia exulare percepit a ſeruili ſumpta ueſte & decepta matre a qua diligenter ſeruabatur
conſcia quanto uiri amore flagraret deceptiſqꝫ cuſtodibus cum duas tātum ancillas & paucos ſeruu/
los ſecum duxiſſe:eueſtigio ſecuta eſt magnum igitur fidei documentum in uirum ſulpitia dedit.

IDē pſtādo Petilini eūdē laudis honorē me/
ruerūt.ab Hānibale:qa deficere a nr̄a amici
tia noluerūt:obſeſſi legatos ad ſēatū auxiliū
iplorātes miſerūt:qb⁹ pp recētē cladē cānēſē ſuccurri
nō potuit.Cæterū pmiſſū ē eis ut facerēt qđ utiliſſimū
icolumitati eorū uideret̄.Liberū igit̄ erat carthaginē
ſiū gratiā āplecti.Illi tn̄ fœminis oīqꝫ ætate ibelli urbe
egeſta:quo tutius armati famē traherēt ptinaciſſime i
muris conſtiterunt:expirauitqꝫ prius eorum tota ciui/
tas:q̄ ulla ex parte Romanæ ſocietatis reſpectum de/
poſuerint.Itaqꝫ Hannibali non Petiliam ſed fidum pe
tiliæ ſepulchrum capere contigit.

De Fide uxorū erga uiros. Cap. VII.

ATqꝫ ut uxoriā quoqꝫ fidē attigam⁹.Ter
tia æmilia africani prioris uxor: mater
Corneliæ matris Cn.&.T.Gracchoꝝ tā
tæ fuit comitatis & patiētiæ:ut cum ſci/
ret uiro ſuo ancillulā ex ſuis gratam eſſe
diſſimulauerit:ne domitorē orbis Africanum fœmi/
na magnū uirum impatientiæ reum ageret.tantumqꝫ
mens eius a uindicta abſfuit ut poſt mortem Africani
māumiſſam ancillulā i matrimoniū liberto ſuo daret.

De Turia uxore.Q.Lucretii.

QVitū Lucretiū pſcriptū a triūuiris uxor Tu
ria iter camerā:& tectū cubiculi abditū una
cōſcia ācilla ab iminēte exitio nō ſine magno
piculo ſuo tutū pſtitit:ſingulariqꝫ fide id egit.ut cū cæ
teri pſcripti i alienis & hoſtilib⁹ regiōibus p ſūmos ai
& corpis cruciat⁹ uix euaderēt:ille i cubiculo & i cōiu/
gis ſinu ſalutē retieret.

De Sulpicia uxore Lētuli.

SVlpicia āt cū a mr̄e iulia diligētiſſime cuſto
diret̄ ne Lētulū cruſtelionē uiꝝ ſuū pſcri/
ptū a triūuiris i Siciliā pſeqret̄ nihilomin⁹
familiari ueſte ſūpta cū duab⁹ ancillis totidēqꝫ ſeruis
ad eū clādeſtia fuga puenit:nec recuſauit ſe ipſam p/
ſcribere:ut fides ſua in coniuge proſcripto conſtaret.

R Eſtat ut ſeruoꝝ erga. Octauũ capitulũ de fide ſeruoꝝ quã erga domĩos ſuos ꝑſeuerãter ꝓſtiterũt. primũ ãt exẽplũ ſerui cuiuſdã. M. anto. oratoris ætate ſua ꝓſtãtiſſimi. quẽ Ci. ĩ li. de oratore miꝝ ĩ modũ laudat. cũ igiť ĩceſti accuſatus eẽt: ut ĩ. c. de fiducia diximus q cũ ĩ ꝓuinciã q̃ſtor deſignatus ꝓficiſcereť. iãq; Brũduſiũ uſq; ꝑueniſſet. certior factus ꝑ litteras Romã rediit & cãm ſuã egit. Seruus ei⁹ q criminis illius cõſcius erat. nã laternã illi dũ uirginẽ peteret noctu ꝓtuliſſe cõſtabat. nũq̃ cogi potuit ullo tormẽto ut id fateretur adeo fidelis. ☞ Quo quãto. ☞ Hoc tãto. nã ſerui ſolẽt eẽ infideles. ſi ergo ĩ eoꝝ numero aliqs fidelis ĩuenia tur laudabilior erit quia non expectatur. OLI. M. Antonius orator inceſti reus

# De Fide Seruorum erga dominos. Cap. VIII.

R Eſtat ut Seruorum etiam erga dominos: quo minus expectatam hoc laudabiliorem fidem referamus.

## De quodam ſeruo. M. Antonii.

M Arcus Antonius auorum noſtrorum temporibus clariſſimus orator: inceſti reus agebatur: cuius in iudicio accuſatores ſeruum in quæſtione perſeuerantiſſime poſtulabãt: quod ab eo cum ad ſtuprum iret laternam prælatam contenderent: erat autem is etiam tum imberbis & ſtabat corã: uidebatq; rem ad ſuos cruciatus pertinere nec tamen eos fugitauit. Ille uero ut domum quoq; uentum eſt Antonium hoc nomine uehementius confuſum: & ſollicitum ultro eſt hortatus: ut ſe iudicibus torquẽdum traderet. affirmans nullum ex ore ſuo uerbum exiturum: quo cauſa eius læderetur: ac promiſſi fidem mira patientia præſtitit: plurimis etiam laceratus uerberibus eculeoq; impoſitus: candentibus etiam laminis uſtus: omnẽ uim accuſationis cuſtodita rei ſalute ſubuertit: Argui fortuna merito poteſt quod tam pium & tam fortem ſpiritum ſeruili nomine incluſit.

## De quodam ſeruo. C. Marii.

C Onſulem autẽ Caium Mariũ præneſtinæ obſidionis miſerabilem exitum ſortitũ cuniculi latebris fruſtra euadere conatum: leuiq; uulnere a Teleſino cũ quo mori deſtinauerat ꝑſtrictũ ſeruus ſuus ut ſylanæ crudelitatis expertẽ faceret: gladio traiectũ interemit. cũ magna præmia ſibi propoſita uideret: ſi eum uictoribus tradidiſſet: cuius dexteræ tã oportunũ miniſteriũ nihil eorum pietati cædit a quibus ſalus dominorum protecta eſt quia eo tempore Mario non uita: ſed mors in beneficio repoſita erat.

## De Philocrate ſeu Euporo ſeruo Gracchi.

A Eq; illuſtre qđ ſeqť. Grachus ne ĩ poteſtatẽ inimicorũ pueĩret Philocrati ſeruo ſuo ceruices ĩcidẽdas ꝓbuit: q̃s cũ celeri ictu abſcediſ-

M A. Anto. ☞ In q̃ſtiõe. i. ĩ tormẽto a ꝓcedẽte. ſ. qđ ſeqť. nã q̃ſtiões inq̃ſitiones dicunť. q̃a iudicib⁹ fiũt & quia ꝓcedũt q̃ſtiões. i. iterrogatiões deinde ſequunť tormẽta iõ ponunť ꝓ tormentis. ☞ Laternã: a latẽdo dictam q̃ ĩtus lateat ignis. ☞ Hoc noĩe. hac cã. i. crimĩe: ẽ ãt Mecalepſis cũ primũ ad ultimũ nomẽ. n. ſignificat cãm: cã uero crimẽ. ☞ Eculeo tormẽto: dr̃. n. Eculeus q̃ſi eq diutius ẽ ãt ligne⁹ & accutiſſimi dorſi. ☞ Cãdẽtib⁹: ignitis. ☞ Laminis. ſ. ferreis. ☞ Argui fortũa poſſe uideť: q̃ tam fortẽ cõſtantemq; animũ in ſeruo concluſerit. merebatur enim ingenii corporis ſedem OLI.

C Onſulẽ ãt. Hic. C. Mari⁹ filius fuit. eius marii q bella ciuilia geſſit aduerſus ſyllã q ſeptimo cõſulatu ſuo mortuus ẽ deĩde ĩ filiũ bella migrarũt. q uictus a ſylla ſe ꝓneſte recepit: ubi cũ obſidereť tẽtauit ꝑ cũiculos egredi. q̃ cũ nõ poſſet qa cuſtodirenť a ſyllanis militibus a ſeruo ſuo ſe iuſſit occidi ne ĩ poteſtatẽ hoſtiũ ueniret. Plutar. uero ĩ uita marii illũ dicit ſibi mortẽ intuliſſe. ☞ Sortitũ quia obſeſſa diu fuiſſet a ſyllanis tandẽ capta fuit: crudeliterq; uexata: nã ut in. c. de crudelitate uidebimus. q̃nq; milia ꝓneſtinorũ crudeliter ſylla iuſſit occidi. ☞ Cuniculi. ſubterranei meatus a ſimilitudine aĩalis q̃ cauernis ſubterraneis delectať. ☞ Cũ quo mo. ſ. c. n. ĩter ſe cõuenerãt: ut quãdo effugere nõ poſſent ſimul morereť. ☞ Perſtrictũ: leuiter uulneratũ ne ĩ hoſtiũ manus deuenireť. ☞ Cũ ma. ſ. qa occurrebat illud q̃ fides ẽ occidere dominũ reſpõdet qa magna ꝓmia propoſita fuerãt ei. q Mariũ uiuũ uictorib⁹ tradidiſſet. ☞ Cedit: uinciť. OLI. Marii Iunioris interitus

A Eq; illu. q̃. Mortuo tiberio. ut in. c. de ſomniis dixim⁹. C. Gracchus uiſa ꝑ qetẽ fratris imagĩe dicẽtis quãtũ uellet cũctareť omnino ſibi preũdũ eẽ eodẽ quo ĩpe exitio periiſſet cœpit eadẽ uia graſſari ĩ ſenatũ q̃ frater ꝑ leges. ſ. tribũitias ſeditiões excitare q̃re motus ſenatus qđ id ad reipublicæ euerſionẽ quodãmõ ſpectare uidebať decreuit ut Opimius conſul uideret ne qđ reſpublica detrimẽti capet: q̃ ſũma poteſtas in atroci negocio dabať magiſtratui more ro. ut poſſet exercitũ parare: bellũ gereť coercere oĩbus modis ſocios atq; ciues dõi militiæ ĩperiũ cõſuli ius ẽ. Itaq; Opimius coſ. cũ ar. manu. C. Gracchũ ꝑſequiť ille ſe ĩ auẽtinũ mõtẽ cũ multitudĩe armata recepit. Contra exercitu ducto cæſoq; fuluio eius collega fuga facta & Gracchus ſe ĩ tẽplũ diane cõtulit: ibiq; ſibi manus uoluit ĩferre: Sed a licinio & Põponio fidiſſimis familiarib⁹ ꝓhibitus ẽ: hortatuſq; ĩde q̃ primũ aufugere: quẽ corporibus ſuis tã diu ꝓtexerũt fugiẽtẽ quoad cæſi ſunt. ille ubi uidit ſe inimicorũ manus euadere nõ poſſe: cũ Philocrate ſeruo q cũ eo ſolus fugiebat ĩ ſacrũ deoꝝ nem⁹ ſe ꝓripuerũt OLI.

Eupo/rus an philo/crates Grac ch. occide rit itē/ tū eſt

ibiq̧ Philocrates eū occidit & ſup occiſū ſe quoq̧ itereptū ꝓiecit. Aliter legiẜ ĩ uita Gracchoꝝ: nã utrũq̧ ĩ manꝰ inimicoꝝ deueniſſe tradit Plut. & alterũ a Scipiōe naſica. alterũ a L. Opimio fuiſſe cæſos: ut in ca. de ſōniis & alibi diximus. Macrobius uero de ſaturnalibus hūc ſeruū euporū noīatū fuiſſe dicit q̄q̄ alii Philocratē dictū uelit: q̄dū aliq̄ ſpes ſalutis affulſit fidiſſimus comes dominū q̄cūq̧ potuit rōne tutatus ē: ubi uidit iã deſperatū eē & dominū occidiſſe: & ſup cæſū ſciſſis ꝓprio uulnere uiſceribus aīam effudiſſe dr. ꝑ Euporꝰ. Quē alii Philocratē appellãt. ꝑ Familiaris. q̄a ĩ eius familia nutritus fuerat iō hãc ei fidē pſtitit. ꝑ Cuius ſit pſtãtiã. Dicit hūc Gracchū laudabiliorē futurū fuiſſe ſi mortē ſibi cōſciuiſſet q̄ ſi a ſeruo beneficium ſuſcepiſſet præſtantiam. ꝑ Alias. præſentem fortitudinem robur.

OLI

Lia nobilitas. alius furor: pindarus caſſiū: hoc idē pidarus exibuit caſſio q̄d euporus Gracchon: nã cū caſſius & brutus cōtra Antoniū arma ſūpſiſſent ꝓ reip. libertate tuēda: q̄q̄ eis aduerſa fortūa cōtigerit cūq̧ uaria uictoria pugnaſſent tādē ĩ cāpis Philipicis cōparatis utriq̧ copiis extremo ꝓlio dimicarūt & ĩ dextro cornu Octauianus: ĩ ſiniſtro uero Antonius. itē ĩ dextro Brutus: ĩ ſiniſtro caſſius erãt. forte ita accidit ut cōſerta pugna cæſar ĩ dextro Caſſius. in dextro Caſſius ĩ ſiniſtro cornu uincerenẜ. Sed nihil aliud Bruti & Caſſii res deduxit ĩ pniciē q̄ q̧ Brutus caſſio ueluti uictori nō tulit auxiliū: nec. C. bru. ueluti uictū potuit expectare. nã Brutus iã cæſaris caſtra ꝑ milites ſuos capta diripuerat. cædeq̧ ingētē ĩ illis fecerat. ad duo. m. milia lacedæmo. q̄ nup ĩ auxiliū cæſaris uenerãt ꝑter caſtrorū pſidia cæſa ſunt. Caſſius uero cū ſe ĩ collē quēdã recepiſſet unū e cēturiōibus ſuis noīe tuneū exploratū cūcta dimittit: q̄ cū tardius rediret exiſtimãs caſſius fuiſſe illū ab hoſtibus ĩterceptū hoſteſq̧ ex oī uictores eſſe ignarus omniū q̄ a Bruto facta fuerãt deſpatis rebus oībus ĩ tabernaculū ſeſe cōtulit: ex libertis unū noīe pindaꝝ ſecū trahēs quē ad eos caſus ſibi pauerat: obducta ueſte caput obtegēs iugulūq̧ enudans ſeſe illi feriēdū pbuit. Auulſū ab humeris caput reptū ē. At pidarū poſt cædē hic nemo hoīum uidit: ex quo pleriſq̧ ſcrupulū dedit q̄ iniuſſus uirū ĩterfeciſſet. ꝑ Quis eoꝝ grauiſſimi. Nihil tãta adulatiōe putridius. nã ad tyberii aſſentationem hoc dicit neſcire ſe q̄s deoꝝ caſſii manus alligauerit. q̄ pauloante ĩ cæſaris necē exarſerat: nūc ĩ ſe ipm tãtope elāguerit ut ſibi mortē ĩferre trepidarēt: maluerit quoque caſſius ſerui beneficio q̄ uirtute ſua pricidii pœnas euaderẜ. ꝑ Tu ꝓfecto iuli. Pergit

ſet: gladiū cruore domini madētem per ſua egit præcordia: Euporum alii hunc uocitatū exiſtimāt: ego de nomine nihil diſputo: familiaris autem tantummodū fidei robur admiror: cuius ſi præſtantiam animi gene roſus Iuuenis imitatus foret ſuo nō ſerui beneficio im minentia ſupplicia uitaſſet: nunc commiſit ut Philocratis q̄ Gracchi cadauer ſpecioſius iaceret.

De Pindaro ſeruo Caſſii.

Lia nobilitas: Alius furor: ſed fidei par exemplū Pindarus. Caſſiū Philippēſi ꝓlio uictū nup ab eo manumiſſus iuſſu ipſius obtrūcatū ĩſultatiōibus hoſtiū ſubtraxit: ſeq̧ e cōſpectu hominū uolūtaria morte abſtulit. ita ut ne corpus q̄dē eius abſūpti ĩueniretẜ. Quis deoꝝ grauiſſimi ſceleris ultor illã dexterã q̄ ĩ necē pr̄iæ parētis exarſerat tãto torpore alligauit: ut ſe tremebūdã Pīdari genibus ſubmitteret: ne publici pricidii q̄s merebatẜ pœnas arbitrio pii uictoris exolueret. tu ꝓfecto Tu Diue Iuli cœleſtibus tuis uulneribus debitã exegeſti uīdictã: pfidū erga te caput ſordidi auxilii ſupplex fieri cogendo: eo aī æſtu cōpulſū ut neq̧ retinere uitã uellet: neq̧ finire manu ſua auderet.

De Seruius Gn. Plotii Planci.

Diunxit ſe his cladibus. Gn. Plotius Plancus Munacii planci conſularis: & cenſorii frater: qui cum a triumuiris proſcriptus in regione ſalernitana lateret delicatiore uitæ genere & odore unguenti ſalutis occultã cuſtodiã detexit: iſtis enim ueſtigiis eorum qui miſerū pſequebantur ſagax inducta cura abditū fuge eius cubicule odorata ē: a q̄bus cōpræ

in aſſentatiōe ſua cū dicat Cæſaris numē grauiter ultū cædē iniuriãq̧ ſuã q̄ caſſiū ſummæ auctoritatis uirū ſordido ſeruo ſupplicū fieri coegerit: ut ſibi mortem inferret quam ipſe ſibi conficere nō auderet. ꝑ Exarſerat: incitata fuerat. ꝑ Torpore. Langore. ꝑ Animi æſtu: ideſt fluctuatione. ꝑ Sordibus. Quia implorauit auxilium ſerui.

OLI

Diūxit ſe cladibus. C. Plotius. Hic Plotius a triūuiris ꝓſcriptus cū ĩ ſalernitāo agro deliteſceret eo triūuiroꝝ carnifices miſſi q̄ diligēter illū ĩueſtigarēt & occiderēt: latētes ſeruos depræhēderet quos tormētis adactos cogere nō potuerūt ut dominū ĩdicarēt. ſed ille miſeratione motus q̄ tã crudeliter lacerarenẜ ꝓceſſit in publicum. & ſe iugulandum præbuit. Serui igitur quãtum in ipſis fuit dominū ſuum ab inimicis fideliter tutū pbuerūt. dicit tamē hūc ex delitiis fuiſſe detectū. nã q̄a delicatiōe genere uitæ ſemp fuerat abuſus ut corpus præcioſiſſimis unguentis quottidie pfunderet: nunc perſecutores ueluti canes ſagaces unguentorum odore qui ad nares peruenerat tractos ad locum mirifice ſpuantem perueniſſe & latentes ſeruos inueniſſe. Plinius libro. xiii. natu. hiſto. L. inquit Plotiū. L. Plotii bis conſulis cēſoriſue fratrē proſcriptum a triumuiris ſalernitana latebra: unguēti odore proditū cōſtat: quo dedecore tota abſoluta proſcriptio ē. ꝑ Salernitana. De Salerno. Eſt autem ſalernum ciuitas Lucaniæ. ꝑ Et odore unguenti. Quo ſe perfundebat. ꝑ Sagax: Solers & callida & aſtuta. ſagaces canes odoriſei dicuntur. ꝑ Odorata. eſt Odore perſenſit more canum qui ſagaces: ideſt boni ferarum indagatores naſci ſolent. Ordo autem eſt ſagax cura eorum qui miſeros proſequæbãtur inducta

iſtis ueſtigiis eſt odorata abditũ cubile fugæ eius. ¶ Torti. Cruciati tormento affecti. ¶ Multum. Quãtum ad ma/
gnitudinem ſupplicii. ¶ Diu. q̃tũ ad tpis longitudinem. ¶ Quod certamen mutuæ beniuolẽtiæ. Dominus inquit
& ſerui de mutua beniuolẽtia inter ſe certaſſe uidentur uterutros magis diligeret: ſed cum eorum fides miris lau
dibus efferenda ſit, non facile diiudicari poteſt fœliciores ne fuerint ſerui qui tam pium & miſericordem dominũ
nacti ſunt: ut eorum ſuppliciis uitam poſtponere non dubitauerit: moriq́ꝫ maluerit q̃ eos diutius torqueri: an do/
minus qui tam conſtantem ſeruorum fidem in ſua ſalute fuerit expertus. ¶ Arduum. Difficile.

hẽſi ſerui latẽs multũq́ꝫ ac diu torti negabãt ſe ſcirẽ ubi
dominus eẽt: nõ ſuſtinuit deĩde Plãcus tã fideles tãq́ꝫ
bõi exẽpli ſeruos ulterius cruciari: ſed ꝓceſſit ĩ mediũ
iugulũq́ꝫ gladiis militũ obiecit. qđ certamẽ mutuæ be
niuolẽtiæ arduum dignoſci facit. utrũ dignior domi/
nus fuerit q tã cõſtãtẽ ſeruorũ fidẽ experiretẽ: an ſerui
q tã iuſta dñi miſericordia q̃ſtiõis ſeuitia liberarentẽ.

De quodã ſeruo Panopionis.

QVid urbãi Panopionis ſeruus q̃ admirabilis
fidei: q cũ ad dominũ ꝓſcriptum occidendũ
domeſticorũ iudicio certiores factos milites
ĩ Reatinã uillã uẽiſſe cognoſceret: cõmutata cũ eo ue/
ſte: permutato ẽt anulo illũ poſtico clã emiſit: ſe ãt ĩ cu
biculũ ac lectulum recepit: ac ſe ut Panopionẽ occidi
paſſus eſt. breuis huius facti narratio. ſed non parua
materia laudationis. nam ſi qs ante oculos ponere ue/
lit ſubitum militum accurſum cõuulſa ianuæ clauſtra
minacem uocẽ: truces uultus: fulgentia arma: rem ue/
ra extimatione proſequetur: nec q̃cito dicitur aliquem
pro alio mori uoluiſſe: tã id ex facili etiã fieri potuiſſe
arbitrabitur: Panopion autẽ quãtũ ſeruo deberet am/
plũ ei faciẽdo monumẽtũ ac teſtimoniũ pietatis gra/
to titulo reddẽdo cõfeſſus eſt. Cõtẽtus eẽm huius exẽ/
plis generis: niſi unũ me dicerẽ admiratio facti cogeret.

De Seruo Antii Reſtionis.

ANtius Reſtio proſcriptus a triũuiris cũ oẽs
domeſticos circa rapinã & prædã occupatos
uideret: q̃ maxie poterat diſſimulata fuga ſe
penatibus ſuis intẽpeſta nocte ſubduxit: cuius furtiuũ
egreſſum ſeruus ab eo uinculorum pæna coercitus in
expiabiliq́ꝫ litterarũ nota per ſummã oris contumeliã
iuſtus curioſis ſpeculatus: oculis: atq́ꝫ ueſtigia huc atq́ꝫ
illuc errantia bẽiuolo ſtudio ſubſecutus lateri uolunta
rius comes arrepſit. Quo quidem tam exquiſito: tãq́ꝫ
ancipiti officio perfectiſſimum ſpectatæ pietatis cu/
mulũ expleuerat. his. n. quorum fælicior in domo ſta/
tus fuerat lucro ĩtẽtis: ĩpe cũ nihil aliđ q̃ umbra & ima
go ſuppliciorũ ſuorũ maximũ ſibi eẽt emolumentum
eius a quo tã grauiter punitus erat: ſalutẽ uendicauit
cũq́ꝫ abunde foret irã remittere: adiecit etiã caritatem:

QVid urbani panopionis. Macrobius OLI.
ſaturnaliũ lib. i. hoc idẽ refert exem/ Pano/
plũ panopion ꝓſcriptus cũ in reati/ pion
nã uillã delatus forte lateret: milites ꝓſcri/
ad eũ occidendũ miſſi ſunt qđ cũ ſeruus com/ ptus
periſſet & ueſte cũ domĩo cõmutauit & annu/
lũ accepit in cubiculũ ac lectũ aſcẽdit: ac pro eo
mortẽ ſubire non dubitauit. ¶ Poſtico. Poſticũ
latens hoſtiũ in poſteriori parte domus poſitũ.
Horatiꝰ poſtico falle cliẽtẽ. ¶ Nec q̃cito dr. Nõ
ita ẽ ĩquit ut q̃ facile dicitẽ ꝓ alio qſpiã mori uo
luiſſe: tam facile etiam potuiſſe credetur: nam
niſi ſumma & inæſtimabili fide p̃ditus ſeruus
iſte fuiſſet poterat militum impetu miniſq́ꝫ de
terreri: ut fugiẽtem dominũ ĩdicaret. ¶ Titulo.
Non in ſepulchro iuſſit inſcribi titulum hic po
ſitus ſeruus q pro domino mori nõ dubitauit.
ANtius reſtio. Hoc etiã ſupiori cõfer/ OLI.
ri põt. antius iſte reſtio ꝓſcriptus &
ipſe a triũuiris ꝓfugerat ĩ uillã ibiq́ꝫ
latebat & cũ oẽs eius domeſtici co/
gnita ꝓſcriptiõe ĩ diripiẽda illius domo eẽnt ĩ/
tẽti: unus tãtũmo ſeruus q grauibus pœnis. ab
ĩpo domĩo fuerat affectus: nã illũ ſæpiſſime uer
beribus ceciderat. uultũ ẽt ipſius iuſtũ turpibꝰ
ſignis notatũ deformẽ reddiderat: ſe tamẽ illiꝰ
fugæ fideliſſimũ comitẽ p̃buit & dominũ ab
ĩſtãti morte liberauit: nã ubi ſenſit pſecutores
adeſſe: ĩopẽ quẽdã ſenẽ occidit & ſtructo rogo
pro domino cremauit quærẽtibus deinde mi/
litibus: ubi nã eſſet Antius rogũ oſtendens illic
eſſe dixit qbus ei credẽtibus: dominus tam fide
lis ſerui beneficio tunc mortẽ euaſit: qđ quidẽ
eo uidetẽ admirabilius quo de illo tam peſſime
meritus fuerat: magnũ ꝑfecto pietatis & fidei
documẽtum hoc uno officio ſeruus ille præſti
tit. Macrobius Saturnaliũ lib. i. auctor huius hi
ſtoriæ: multa fidelitatis ſeruoꝝ exẽpla comme
morat. ¶ Circa rapinã. Id enim ſibi gratũ erat
ut ad prædã intenti nõ ſibi ĩpedimento forent.
¶ Inuſtus. Sigillatus candẽti ferro ne nota facile
deleri poſſet. ¶ Ancipiti. Ambiguo: quia in eo/
dem ſe periculo exponebat. ¶ Spectatæ. Proba/
tæ. ¶ Quo quidẽ tam exquiſito. Adimpleuerat
inquit cumulatũ pietatis officiũ ſe fugæ comi/
tem cũ ſalutis diſcrimine præſtando: uerũ non
hac re cõtentus maiora fecit. ¶ His. n. quoꝝ fœ/
licior: Vere inquã pietatis cumulũ expleuerat:
comitãdo fugientẽ dominũ: nã cæteri q libera/
lius habiti fuerãt a domino meliorique fortuna
uſi ad diripiẽdas illius opes ſe cõuerterũt: hic q
domini ſuppliciorũ erat imago: qppe ab illo ſæ
pius laceratus eius ſalutẽ protexit eãq́ꝫ ſuũ eſſe
emolumẽtũ uoluit. ¶ Emolumẽtũ. Vtilitatem Emo/
& lucrũ dictum eo ꝙ mentem molliat. ¶ His lumen
. n. Cæteris. ſ. ſeruis qui liberalius habiti fuerãt tum
a domino diripiendis illius bonis intentis. ¶ Intentans. Digito demõſtrans rogum. ¶ Piaculis. Penis & notis.

OLI.

MVltũ animis hominũ. Valerius ſcripturus de mutatiõe morũ & fortunæ id agit ut oſtẽdat cognitionẽ
morũ mutatiõis atq; fortunæ nobis utilẽ eẽ:& ſic beniuolẽtiam captat a perſona cũ oſtendat ſe rẽ utilẽ
eſſe ſcripturũ:& quia occurrebat illud qđ ꝓdeſt ſcire mutationes morũ & fortunæ. dicit ex hoc boni
conſequimur:ut cũ aliorũ fortunas uideremus eſſe mutatas:ut q in ſordida & abiecta cõditione poſiti
ad celſiorẽ dignitatis gradum euaſerunt & nos quoq; de rebus noſtris melius ſperare poterimus. ¶ Fiduciæ adii/
cere. Cũ uiderimus aliorũ fortunas eẽ mutatas nõ eẽ deſperãdũ de nobis aut de filiis noſtris ꝙ turpioris uitæ futu/
ri ſint. ¶ Solicitudinis:unum ſequitur ex altero
nã quia fiduciã ſumit ideo ſollicitudinẽ depõit.
¶ Stultum eẽ. Cũ uideamus inqt multos abie/
ctæ obſcuræq; cõditionis hoĩes mutata fortũa
ad claritatis faſtigium euaſiſſe. ſtultum eſt de
humili fortũa noſtra deſperare & nos quaſi ꝑ/
petuæ infœlicitatis damnare. ¶ Spem : ſpes eſt
bonorum futurorum expectatio.

Fortunæ morumq; muta/tio

OLI.

MAnlius torquat9. De hoc uero mul
tis in locis carptim diximus. nũc ẽt
tota hiſtoria repetenda: ſed breuita
tis gratia dicemus tantum quæ ne/
ceſſaria ſunt : hic a pueritia ad adultam ætatẽ
obtuſioris ingeniis tardioriſq; linguæ adeo fu
iſſe dicitur:ut a. L. patre imperioſo uiro aſperio
riſq; naturæ fuerit ex urbe quodammodo rele
gatus & rure iuſſus habitare quaſi reip. ciuis fu
turus ſemper ĩutilis. eius uero mores adeo imi
tati ſunt:ut & patri & reip. utiliſſimus euaſerit.
nã quomodo patri utilis fuerit ut diximus ĩ ca.
de pietate. Idem mox cum gallorum exercitus
ſuper ripas amnis caſtra poſuiſſet romãiq; ob/
uiam exiſſent:& gallus magnitudine inſolida
ponte occupato prouocaret ad prælium ſiquis
eſſet uir fortis Romanorum : hæſitãtibus aliis
dictatorem ſuum adiit : & obtenta pugnandi
extra ordinem licentia:hoſtẽ exulantem more
gentis & armis aureis gloriãtem:fortis ipſe ma
gis q̃ ornatus miles:& utilibus magiſq̃ fulgen/
tibus arcui exanimi nihil amplius intulit ludi/
briũ q̃ ut torquem aureum unum dumtaxat il/
li abſtulerit:hinc militari ſuorum gaudio ac fa
uore ortum torquati nomen coronam præter
hæc auream dictator illi dono dedit ob inſigne
uirtutis:tantum deniq; momenti in hoc duel/
lo fuit:ut nocte ꝓxima clam gallorũ exercitus
abſcederet. Vir. hic magnus in primis ut ait Ci/
cero. & q ĩdulgẽs in patrẽ. Idẽ acerbe ſeuerus in
filiũ:quã ꝙ cõtra ſuũ edictũ prouocatus cũ ho/
ſte pugnaſſet q̃uis uictorẽ : iuſſit interfici bello
latino qđ tertio eius cõſulatu geſtũ eſt:quo fu/
ſi cæſiq; latini fuere adeo ut uix pars q̃rta ſup/
fuerit:ubi ea cõſulis uirtus fuit ut cõſtet q̃cũq;
in parte dux fuiſſet eo inclinatura fuiſſet uicto/
ria. ¶ Ebetis: Rudis:negligentis & prope uecor
dis. ¶ Obtuſi:tardi:& ſtupidi. ¶ Cordis:cum &
ingenii. ¶ In hoc fortunæ nubilo. Credo inquit
ideo uoluiſſe fortunam huius adoleſcentis ob/
ſcuriorẽ eſſe ut ſenectus fieret illuſtrior. ¶ Rele/
gatus: Quaſi exul in agris uiuebat & raro commigrabat in urbem:ruſtico operi ſemper intentus.

nec hactenus beniuolentia ꝓceſſit:ſed in eo conſeruã/
do mira quoq; arte uſus eſt:nam ut ſenſit cupidos ſan/
guinis milites ſupuenire:amoto domino rogum extru
xit:eiq; egentem a ſe compræhenſum & occiſum ſenẽ
ſuperiecit. ĩterrogantibus deinde militibus ubi nã eẽt
Antius manum rogo intentans ibi illũ datis ſibi crude
litatis piaculis uri reſpõdit. quia uериſimilia loquæba-
tur, habita eſt uoci fides. quo euenit ut Antius ſtatim
quærendæ incolumitatis occaſionem aſſequeretur.

De Mutatione morũ & fortunæ. Cap. IX.

MVltum animis hominũ & fiducia adiice
re & ſollicitudinis detrahere põt:moꝝ ac
fortunæ ĩ claris uiris recognita mutatio:
ſiue noſtros ſtatus: ſiue ꝓximorũ ĩgenia
cõtẽplemur. Nã cum aliorũ fortunas ſpe
ctando ex conditione abiecta:atq; contẽpta emerſiſſe
claritatem uideamus : qd aberit qn & ipſi meliora de
nobis ſemper cogitemus? memores ſtultũ eſſe ꝑpetuæ
infelicitatis ſe damnare:ſpemq; quæ etiam incerta ra-
tione fouetur:interdũ certã in deſperationẽ cõuertere.

De Manilio Torquato filio Lucii Manilii torquati.

MAnlius autẽ Torq̃tus adeo ebetis atq; obtuſi
cordis inter initia iuuentæ exiſtimatus ut a
patre. L. Mãlio ampliſſimo uiro qa de dome
ſticis & reip. uſibus ĩutilis uidebat᷑:rus relegatus agre
ſti opæ fatigaret᷑:poſtmodũ patrẽ reũ iudiciali ꝑiculo
liberauit:filium uictorem ꝙ aduerſus imperium ſuũ
cum hoſte manum cõſeruerat:ſecuri ꝑcuſſit:patriã la-
tino tumultu feſſam ſpecioſiſſimo triũpho recreauit.
In hoc credo fortunæ nubilo adoleſcentiæ cõtemptu
ꝑfuſus quo ſenectutis decus eius lucidius eniteſceret.

De Scipione Afric. ſuperiore.

SCipio ãt Africanus ſupior quẽ dii ĩmortales
naſci uoluerũt:ut eẽt ĩ quo uirtus ſe ꝑ oẽs nu
meros hoĩbus efficaciter oñderet ſolutioris

OLI.

SCipio aũt. De Aphricano ſupiore uaria ferũt ſcriptores:nã Va. illũ a primis adoleſcẽtiæ ãnis ſolutioris
uitæ fuiſſe dicit:qđ Aulus Gel. ſimiliter ſentire uĩ ĩ ea q̃ſtiõe q̃ de Alexãdri & ſcipiõis cõtinẽtia facit: ĩ q
Scipionẽ oñdit Alexãdro p̃ferẽdũ In fine tñ ita ſubiũgit. Sed hãc utrãq; declamãticulã ſup Alexãdro &
ſcipione celebrauerunt. hi qbus abunde ingenii & ocii & uerborũ eſt. nos ſatis habebimus quod ex hi/
ſtoria eſt id dicere. ſcipionẽ iſtũ uero ne an falſo ĩcertũ eſt fama tamẽ cũ eẽt adoleſcẽs haud ſincera fuiſſe & ꝓpe mo
dũ cõſtitiſſe. hoſce uerſus:a Gn. Neuio poeta ĩ eũ ſcriptos eẽ. ẽt q res magnas mãu ſæpe geſſit glorioſe cuius facta ui
ua nũc uigent:q apud gẽtes ſolus p̃ſtat. cũ ſuus pr̃ cũ palio uno ab amica abduxit. his ergo uerſibus credo adductũ

Scipio anæ/uio notatus

uitæ primos adoleſcētiæ annos egiſſe ferť: remotos q/dem a luxuriæ crimine ſed tamē punicis trophæis de/uictæ Carthaginis ceruicibus īpoſito iugo teneriores.

De Caio Valerio Flacco.

CAius quoq; Valerius Flac. ſecūdi punici belli tpibus luxu pditā adoleſcētiā īchoauit. cæterum a. P. Licino Pont. Max. flumen factus quo facilius a uitiis recederet: ad curā ſacrorum & cerimoniarum conuerſo animo uſus: duce frugalitatis re/ligione: quātum prius luxuriæ fuerat exemplum: tantum poſtea modeſtiæ & ſanctitatis ſpecimen euaſit.

De. Q. Fabio Maximo.

NIhil. Q. Fabio maximo q gallica uictoria cognomen allobrogi ſibimet ac poſteris pepit adoleſcēte magis infame: nihil eodē ſene or/natius aut ſpecioſius illo ſeculo noſtra ciuitas habuit.

De. Q. Catulo.

QVis ignorat. Q. Catuli auctoritatem in maxio clariſſimoꝝ uiroꝝ ꝓuētu excelſum gradū obtinuiſſe: cuius ſi ſuperior ætas reuoluatur multi luxus multæq; delitiæ reperirenť: q̄ qdē ei īpedimēto nō fuerūt quominus p̄riæ princeps exiſte/

Valeriū anciatē aduerſus oēs ſcriptores. ſic de ſcipionis moribus ſenſiſſe & cū puellā illā captiuā nō reditā a ſcipione atq; in delitiis amoribuſq; ab eo uſurpatam alii ferme omnes hunc in omni ætate cōtinentiſſ mū fuiſſe tradunt. Nam & idem Aulus Gelius alio loco dicit: hunc eodem quo Alexāder oſtēto natū diuinæ uirtutis fuiſſe. idq; res ab eo clariſſimæ geſtas plane teſtari: atq; in primis illud unum quod dum badium hiſpaniæ oppidum munitiſſimum obſideret dixit militibus ſuis: ſibi in iure audiendo aſſiſtentibus ac poſcentibus quem in diem & locum dari uadimonia iuberet. oppidi arcem oſtendens. illic ſe poſtero die ius eſſe dicturum. Addit præterea illum ab ado/ Badiū oppi/dum
leſcētia noctis extremo antequā diluculare ī in capitoliū uentitare ſolitum fuiſſe & aperiri cellā Iouis ſibi iuſſiſſe. ibiq; ſolum diu demorari. id temporis in capitolium ingredientem canes ſemper in alios ſeuiētes neq; latrarēt in eū: neq; incurrerent. Quid illud q̄ Liuius Plutarchus cæteriq; omnes ferme ſcriptores tradunt q; ab ipſa adoleſcētia ſauciū patrē e manibus hoſtiū liberauit: q; in ipſo deinde iuuentutis flore quo maxīe libidinis ſeruet ætas uirginē eximia ſpecie & pulchritudine captā: ſpōſo cui depacta fuerat ītactā inuiolatāq; reſtituit ut in capite de cōtinentia diximus. non igiť eius adoleſcentia uidetur aliqua libidine uexata in qua fuere uirtutes ꝓpe diuīe. qđ & Plutarchus affirmat. ℣ Numeros: Numeri: uirtutū ſunt q̄ttuor: q̄ fundamēta dicunť Prudentia: Tēperātia: Iuſtitia: Fortitudo. ℣ Solutioris. Incontinētioris. ℣ Teneriores. Effœminatiores. ℣ Leuiores. eneruatiores: q̄ conuenirent uictoris: de carthaginenſibus p̄ris aut q̄ uictori conuenirent: quaſi dicat ſi quis uidiſſet teneros adoleſcētiæ ſcipiōis annos nunq̄ ſpē tātam de ipſo ſumpſiſſet ut illum aphricæ domitorem futurum animo præſumeret.

CAius quoq; Valerius hic eo ēt diſſolutior fuit q̄ Scipio q; luxuriæ atq; libidini deditus fuit: q ſecūdi pūici belli tēporibꝰ cōſul fuit: & Hānibalē ab urbe reiecit teſte Plynio de uiris illuſtribꝰ qui ait Hannibal cum ad tertiū ab urbe lapidē caſtra poſuiſſet tēpeſtatibus repulſus primū a Fabio maximo fruſtratꝰ: Deīde a Valerio Flacco repulſus: & a Gracho: & Marcello fugatus in aphricam reuocatus a Scipione ſuperatus eſt. Liuius tamen dicit nō a Valerio: ſed a Fuluo Flaccho ab urbe fuiſſe repulſū: ſed Publius Licinius ī tā corrupto adoleſcēte egregiā īdolē cōtēplatus eū flaminē dialē creare nō dubitauit: ratus id futurū qđ euenit: ut adiecta dignitate mores: uitamq; mutaret: nā cum primū ad religionē adiecit animum ſtatim mutatis moribus adeo continens factus eſt: ut modeſtiæ & ſantitatis unicum ſpecimen uideretur. nec mirum. nam religio omnis eſt continentiæ uirtutiſq; magiſtra. ℣ Duce frugalitatis religione. Nam religio non ſolum frugalitatis: ſed omnium uirtutum dux eſt atq; magiſtra. OLI.

NIhil Qu. Fabio maximo. De hoc uiro dictū eſt li. iiii. in cap. De his q a parētibus degenerauerūt: fuit aūt eius adoleſcētia tam perditæ luxuriæ. ut Quin. Pompeius prætor urbanus illi bonis paternis īterdixerit. ne per luxū atq; libidinē profunderet: nihil igiť eius adoleſcentia turpius: nihil ꝓuectiori ætate ſpecioſius ornatus ut fuit ſuo tempore in urbe Romana. mutatis. n. moribus ſtatuq; uitæ cū ſe ad rēp. contuliſſet magiſtratibus perfunctus. res clariſſimas geſſit: præſertim aduerſus allobroges bituitumq; auernorū regem: quos cum fœlici pugna ſuperaſſet: inde ſibi glorioſum & immortale nomen reportauit. nam poſt illam uictoriam allobrogi cognomen ſortitus eſt. Præterea tam grata fuit illa uictoria. Popu. Ro. ut quo loco cæſi captiq; fuiſſent hoſtes ſenatus inſigne trophæum ſtatui iuſſerit: turremq; ædificari: hoſtium ſpoliis ornatā ad tantam rei memoriam. ℣ Gallica uictoria: quia allobroges quos deuicit populi ſunt galliæ.

QVis ignorat. Q. Catuli. Qu. Catulus quāuis in adoleſcentia luxurioſus delicatuſq; fuerit grandior tamē factus mutatis moribus & mala uiuēdi ratione inter clariſſimos Romanæ urbis principes meruit ſua uirtute cēſeri: hic bellū ciuile a lepido motū pene prius extinxit q̄ ſuſcitatū arderet: cōſul. n. cū lepido cū nouaꝝ reꝝ cupidꝰ p īſolētiā lepidus: ſyllæ acta reſcīdere uellet: ex urbe illū catulꝰ eiecit: tanq̄ ſeditioſiſſimū hoīem q ſtatū ciuitatis pturbare moliret: nā ut inqt florus cū iure belli dictator ſylla ꝓſcripſiſſet inimicos q ſuperāt reuocāte lepido qđ aliud q̄ ad bellū uocabanť. Cū dānatoꝝ bōa adiiciēte ſylla q̄uis mala capta iure tamē repetitio eorū ꝓculdubio labefactabat cōpoſitā ciuitatē. expediebat ergo q̄ſi ægre ſauciaq; reip. requieſceř quocūq; ne uulnera curatiōe ipa reſciderenť: ergo cū turbidis cōtiōibꝰ uelut claſſico ciuitatē terruiſſet: urbe pulſus ī ætruriā. arma īde & exercitū urbi admouerat. ſed iā miluiū pōtē colēq; iāiculū luctatiꝰ catulus Gn. Pōpeiꝰ ſyllanæ domia/ OLI. Catulꝰ adoleſcens laſcīuior